

DE FIDE ET OPERIBVS

- G**eset, Credo filium dei esse Iesum Christum, hoc ei sufficere vixum est, ut continuo baptizatus abscederet: cur non id sequimur, atque auferimus cetera que ne celso habemus, etiam cum ad baptizandum temporis virget angustia, exprimere, Interrogando ut baptizandus ad cuncta respondeat, etiam si ea memoria mandare non valuit? Si autem scriptura tacuit atque intelligenda admisit cetera que cumulo spadone baptizando Philippus egit, atque in eo quod ait, baptizauit eum Philippus, intelligi voluit impie omnia, que licet taceantur in scripturis gratia breuitatis, tamen serie traditionis scimus implenda: pari modo etiam in eo quod scriptum est euangelizasse Philippum spadonem dominum, nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse que ad vitam mortalem pertinent eius qui credit in dominum Iesum. Hoc est enim euangelizare Christum, non tantum dicere que sint credenda de Christo, sed etiam que obseruanda ei qui accedit ad compagem corporis Christi: immo vero cuncta dicere que sunt credenda de Christo, non solum cuius sit filius, unde secundum diuinitatem, unde secundum carnem genitus, que per se sunt, & quae sit virtus resurrectio, non solum quod ad fidem, verum etiam quod ad mores fidelium pertinet non praetermittitur.
- H**ec dicens eius, quod donum spiritus promiserit dedecitq; fidelibus: sed etiam qualia membra quibus sit capit quærat, instituat, diligat, liberaet, atque ad te nam vitam honorisque perducat. Hæc cum dicuntur, aliquando breuius atque constrictius, aliquando latius & vberius Christus euangelizatur, & tam non solum quod ad fidem, verum etiam quod ad mores fidelium pertinet non praetermittitur.
- S**cire hoc intelligi potest etiam in eo quod commorant dixisse Apostolum Paulum, Nihil me distractum scire in vobis nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Quod illi putant ita dictum, tanquam nihil tamq; vici aliud eis insinuatum esset nisi vt primitus crederent mitas dilecione deinde baptizati quicquid ad vitam mortalesque fratres dei pertinet different. Hoc, inquit, Apostolo fatus est & proximi. pérque sufficit, qui eis dixit, quod & si multos padam Cap. X. gogos haberent in Christo, sed non multos patres, quia eos in Christo Iesu per Euangelium ipse genuisset. Si ergo ille qui per Euangelium genuit, quantus gratias agat quod neminem ipsorum baptizaverit nisi Crispum & Caium & Stephanam dominum, nihil eos amplius docuit quam Christum crucifixum: quid si dicat alius, nec resurrexisse Christum eos audissi quando per Euangelium genitus fuisti? Vnde effigitur quod eis dicit, Tradidi enim vobis in primis, quia Iesus Christus mortuus est secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas, si nihil nisi crucifixum docuerat? Si aut non ita intelligunt, sed hoc quoq; ad Christum crucifixum pertinere concedunt, sciant in Christo crucifixo multa homines discere, & maxime quod vetus homo noster simus crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati, & ultra non feriamus peccato. Vnde etiam de seipso dicit, Mihil autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Proinde attendant & videant quemadmodum doceatur atque dicatur Christus crucifixus, & ad eius crucem nouarent pertinere, quod etiam nos in eius corpore crucifiximus mundo. Vbi intelligitur omnis coetatio malarum concupiscentiarum ac per hoc fieri non posset, vt eis qui cruce Christi informantur, professa adulteria permittantur. Nam & Apostolus Petrus de sacramento ipsius crucis, hoc est passionis Christi admonet, vt qui ea consecrantur peccare desistant ita loquens: Christo ergo passus per carnem & vos eadem cogitatione armamini: quia qui mortuus est carne desist peccare, vt iam non hominum desiderii sed voluntate domini dei reliquum in carne vi-
- A.8.** uat, & cetera. Quibus consequenter ostendit eum K pertinere ad Christum crucifixum, hoc est per carnem passum, qui in eius corpore crucifixus carnibus desiderijs bene vivit per Euangelium. Quid quod etiam duo illa præcepta, in quibus dominus ait totam legem Prophetasq; pendere, huic suæ opinioni suffragari arbitrantur: & sic ea commemo- rant, vt quoniam primum præceptum dictum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & Deut. 6. ex tota anima tua, & ex tota mente tua: Secundum autem simile huic, Diliges proximum tuum tanquam te ipsum: primum pertinere ad baptizandum, vbi dilectio dei præcipitur, secundum autem ad baptizandos, vbi videtur esse mores conuersationis humanae: sic obliqui quo scriptum est, Si fratrem quem 1. Ioan. 4. vides non diligis, deum quem non vides quomodo diligere poteris? Et illud aliud in eadem Epistola Ioannis, Si quis diligat mundum, non est charitas 1. Ioan. 2. patris meo. Quo autem pertinent omnia flagitia morum malorum, nisi ad mundi huius dilectionem? Ac per hoc illud primum præceptum quod ad baptizandos pertinere arbitrantur, sine bonis moribus obseruari nullo pacto potest. Nolo pluribus immorari, Nam si diligenter consideratur, ista duo præcepta ita ex alterutro connexa reperiuntur, vt nec dilectio dei possit esse in homine si non diligit proximum, nec dilectio proximi si non diligit deum. Sed ad rem que nunc agitur, quod de his duobus præceptis diximus sufficit.
- L**At enim populus Israël primum per mare rubrum ductus est, quo significatur baptizamus, & postea legem accepti, vbi discessimus? Nihil enim tale factum est erga illos, quos per mare rubrum deus ab Egyptis liberavit. Si autem recte intelligunt hoc significari præcedentibus mysteriis de sanguine ouis postibus illito, & de azymis syncretis & veritatis: cur non etiam illud conquerenter intelligunt, ipsam ab Egyptis separacionem significare discessionem à peccatis quam baptizandi profiterintur? Ad hoc enim pertinet quod à Petro dictum est, Agite penitentiam, & baptizetur Act. 2. vinousque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi: tanquam diceret, recedite ab Egypto & per mare rubrum transte. Vnde & Epistola quæ ad Hebreos inscribitur, cum eorum qui baptizantur commemorarent initia, posita est ibi penitentia à mortuis operibus: sic enim dicit, Ideoque remittentes Heb. 6. initia Christi verbum, in consummationem respiciamus: non iterum iacentes fundamentum penitentia mortuis operibus, & fidei in deum, lauaci dorsum, impositionis manuum, resurrectionis etiam mortuorum & iudicij aeterni. Hec igitur omnia pertinere ad unitam Neophytorum satis aperteque scriptura testatur. Quid est autem à mortuis operibus penitentia, nisi ab his quæ oportet mortificari vt vivamus: quæ si adulteria fornicationeque non sunt, quid iam inter opera mortua nominandum est? Sic autem non sufficit professio recessionis à talibus, nisi etiam lauacio regenerationis cuncta præterita quæ velut persequitur peccata deleantur: sicut non sufficit Israëliticus recedere ab Egypto, nisi ea quæ infestabat hostium multitudo eiusdem maris fluctibus interiret, qui de populo transiit liberandoque patuerunt. Qui ergo profitetur ab adulterio nolle seminare, quomodo per mare rubrum ducetur, cum ex Aegypto adhuc recusat abscedere? Deinde non attendunt in ea lege quæ post traictum marii rubri illici populo data est, primum esse præceptum. Non Exod. 20. erunt tibi alij dñi præter me. Non facies tibi idola, neque vllum simulacrum, quæcumq; in cœlo sunt sursum, & quæcumq; in terra deorsum, & quæcumq; in aqua &
- 1. Cor. 1.**
- I. Cor. 15.**
- Gala. 6.**
- I. Pet. 4.**